



**V**i semel ad Scholicos revocat sua pensa labo-  
res,  
Dividat ut juveni tempora tota gregi;  
Nulla voluptatum capit omina, nulla quietis,  
Dum dederit strepitum quælibet hora novum.  
Nempe quid ipse domi secum vaga gaudia quærat?  
Gaudia qui magnæ Posteritatis agit.  
Nobile cur pretium pretiosis deterat horis?  
Quæ nimium fluxâ sub brevitate ruunt.  
Cur ad delicias pudibundum flectat amorem?  
Sedula quævas junctim spernere Musa docet.  
Sive etenim Cœlo sanctissima debita præstat;  
Res sive egregium publica foenus habet:  
Jam satis insigni licet efflorescere fructu,  
Florida successum si documenta probant.  
Adde quod in terris quæ præmia lenta sequuntur,  
Expectant placidum liberiora Polum.  
Interea ne mens miserâ sub mole fatiscat;  
Præ gustum Cœli Foemina blanda refert.  
Hujus in amplexu pia qui solatia captat,  
Is redit in stadium fortior inde suum.  
Scilicet internos fervant ubi corda calores,  
Nil valet externi triste laboris opus.  
Effluit hinc meditando dies, pretiumque rependunt  
Otia nocturni, quem fovet ipsa, tori.  
Si labor est ingens, alienos fingere natos;  
Propria fortiri pignora gaudet amor.  
O igitur faustos qui nunc delatus ad ignes,  
Sponse, velut medicam quærerere pergis opem:

Re.